



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

124 Iudaei, Thalmud scripta, blasphemijs, & erroribus plena, semper
amplexi fuerunt, & quare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

Et quoniam impia Judæorum perfidia,
 324 † nequissima, impuraque scripta thal-
 mud semper amplexa fuit, in quo sunt blas-
 phemiæ in Deum, & Christum ejus, ac Bea-
 tam Virginem manifestæ, inextricabiles fa-
 bulæ, abusiones erroneæ, stultitiæ inau-
 ditæ, quas filios suos docent, ac in illis
 nutriunt, & à legis & Prophetarum do-
 ctina reddunt ipsos pœnitens alienos, ve-
 rentes ne veritate, quæ in eisdem lege, ac
 Prophetis est intellecta, apertè de unigeni-
 to Filio Dei venturo in carnem testimoni-
 um perhibente, convertantur ad fidem, &
 ad Redemptorem suum humiliter rever-
 tantur. Innocentius Papa IV. libros eiusdè
 125 thalmudi † cum glossis desuper factis,
 igne cremari mandavit, ut testatur idem
 Innoc. in cap. quod super num. 4. de vot. &
 vot. red. ejisdemque Hebræis nutrices, &
 ancillas Christianas habere prohibuit, ut
 in litteris, de quibus in eo. Bul. pag. 5. cap. 1.
 & Clemens Papa VIII. exemplo ejisdem
 Innocentii Papæ IV. & quamplurimum alio-
 rum Pontificum suorum prædecessorum
 motus, omnibus, & quibuscumque uni-
 versitatibus Hebræorum, eorumque sin-
 gulis, tam in temporali Sanctæ Romanæ
 Ecclesiæ ditione, quam etiam extra eam
 ubivis locorum & in quibusvis Christiani
 orbis partibus constitutis perpetuè pro-
 hibuit, ne quosvis libros & codices impios
 thalmudicos sæpè damnatos, vanissimos,
 caballisticos, atque alios nefarios à præde-
 cessoribus suis prohibitos, & condemna-
 tos, nec non opera, commentaria, tracta-
 tus, volumina, & scripta quæcumque, tam
 lingua Hebraica, quam quavis alia ha-
 stenus conscripta, aut versâ edita, & im-
 126 pressa, ac in posterum conscribenda, aut
 vertenda, edenda, vel imprimenda, conti-

nentia, seu continentes tacitè, vel expressè
 hæreses, vel errores contra sacras veteris le-
 gis, & testamenti scripturas nec non contu-
 melias, impietates, blasphemias contra De-
 ſi, sanctissimam Trinitatem, & Salvatorè
 N. D. Jesum Christum, eiusque sanctam
 Christianam fidem, ac Beatissimam ipsius
 genetricem Virginem Mariam, & Beatos
 Angelos, Patriarchas, Prophetas, Aposto-
 los aliosq; Sanctos Dei, sanctissimam cru-
 cem, sacramenta novæ legis, sacras ima-
 gines, & sanctam Catholicam Ecclesiam,
 & Sedem Apostolicam, ac contra Christi-
 fideles præsertim Episcopos, sacerdos, &
 alias ecclesiasticas personas, atque etiam
 contra nuper ad ejisdem Christi fidem
 conversos, ac neophytos, & aliàs contra
 religionem Catholicam, vel in quibus et-
 jam, impudicæ, & obscenæ narrationes
 memorantur, etiam sub prætextu, quod
 expurgatæ fuerint, vel donec expurgentur,
 sive quod de novo typis excussæ fuerint,
 mutatis nominibus: vel etiam sub obten-
 ti, seu tolerantia aut permissione (ut præ-
 tendunt) Secretarij, aut cujusvis, personæ
 sacri concilii Tridentini, aut Indicis libro-
 rum prohibitorum, vel cujusvis indulti
 Apostolici, aut licentiæ per S. R. E. Car-
 dinales etiam Legatos, aut Camerariam,
 seu cameram Apostolicam, vel Nuncios,
 etiam cum potestate Legati de latere, aut
 locorum Ordinarios, seu Inquisitores hæ-
 reticæ pravitatis forsitan quomodolibet
 concessæ, aut quovis alio quæsito colore
 legere, habere, vel retinere, emere, vel ven-
 dere aut evulgare villo modo audeant, vel
 præsumant.

126 Facultates, † permissiones, & toleran-
 tias quascunque penitus, & omninò evo-
 cando, præcipiendo tam ipsas hebræis,
 quam